Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Sectio I.

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

DISPVTATIO IIII

De cognitione Angelorum.

Seligemus quæ maiorem difficultatem hnt circa cognitionem qua Angeli cognoscunt obta. et prius dicemus de speciebus impressis ad cognitnem Angelicam necessarijs.

SECTIO I.

De speciebus impressis intellectus Angelici.

Multa possunt de specieb9 Angelicis disputari. præcipua st: an sint. quando imprimantur et a quo agente, de quibus breviter dicemus. supponimus 1°. intellectionem Angeli esse aliquid productum ab Angelo et distinctum ab ipsius substa, qd ex principijs fidei et rone naali demonstratur contra Aristotm et alios eius sectatores qui oppositum docuerunt lib. 12 metaph. cap. 9. qa alioquin Angelus intelligendo defatigaretur. videatur Vasquez in psenti disp. 198.

Dubitatur ergo 1mo: utrum intellectus Angelicus indigeat aliquo concursu obti, an vero ipse intellectus sit se solo sufficiens principium ad intelligendum? Prima sentia negat in omnium spes vel aliqd principium concurrens ex parte obti cum pota cognoscitiva Angelica vel etiam humana. ita Durandus, Gabriel, Vassol9 et alij quos refert Suarez in psenti lib. 2 cap. 3 num. 2 et Molina q. 55 art. 2 disp. 1. hanc sentiam impugnatam suppono in lib. de Aia ubi multis argtis et experientijs probari solet necessitas concursus obiectivi.

2a sentia concedit spes in nobis, negat tn in Angelis de quibus facilius st concedi qd absq ullo concursu obti producant suam intellectionem. hanc docet Altisiodorensis lib. 2 summæ tract. 1 cap. 4 et eam ut probabiliorem amplectitur Vasquez in psenti disp. 200 et disp. sequenti num 11. tum qa nulla ro convincit necessitatem specierum in Angelo, tum etiam qa si concedantur insurgunt multæ difficultates quæ oes radicitus cessant si negent.

Communior et probabilior sentia concedit in intellectu Angeli debere concurrere obtu sive per se sive media spe impressa. ita S. Thomas in psenti q. 55 art. 1. Caietanus, Albert9, Ferrariensis et alij quos referunt et sequuntur Suarez et Molina ubi supra. Arubel ~~sect.~~ disp. 103 cap. 1 et cæteri recentiores. Probant aliqui: qa de rone ois cognitionis creatæ est imaginem sui obti, nam cognoscere per actum elicitum nihil aliud e quam exprimere vitaliter imaginem rei cognitæ, sed de rone imaginis e procedere ab illo cuius e imago, ut docet ex Augustino tom. 4 lib. quæstionum in Deuteron. q. 4 et lib. 83 quæstionum q. 74

Ergo ois

Eo˜ ois illectio creata ẽ electa debet procedere ab obto cuius ẽ cognitio. ita ar-
guunt Arrubal vbi supra.

Hoc tñ nõ assumimus probandum, scilicet oẽm illectionem creatam ẽẽ ima-
ginem sui obti, si ẽ. ad razõem imaginis exigitur dependentia ab obto idem erit
quærere: an ois illectio creata sit imago obti ac quærere: an ois illectio creata de-
pendeat ab obto. debet ergo probari oẽm illectionem creatam ẽẽ proprie imaginem. dicunt
id ẽẽ manifestum, qa alioquin ñ dabitur rão cur Verbum diuinum sit imago Patris,
rão ẽ. vnica ẽ, qa procedit per illectionem. Sed ctra, qa Filius ideo ẽ imago Patris, qa pro-
cedit ab ipso ñ vero qa procedit vtcunq per illectum. imo inde retorqueo argtm, qa illus
licet exprimat etiam Spiritum Sanctum ñ ẽ imago Spiritus Sancti, qa procedit ab ipso.
Et licet illectio creata procederet vitaliter ab illectu, adhuc poẽt ñ ẽẽ imago sui obti, si
ab ipso ñ procederet.

Illectus ergo obtis hac senti ex imprimis inductione aliarum poiarum quas
agnoscimus ẽ de quibus experientia nos docet qd indigeant occursu sui obti, vnde colligimus
razõem huius indigentiæ oriri ex indifferentia quam hĩt poa ad cognoscendum hoc vel illud
obtu ẽ ad cognoscendum vel ñ cognoscendum illud, quæ indifferentia petit determinari
per aliqd comprincipium determinans poiam ad cognoscendum hoc obtu, hæc p. indif-
ferentia reperitur in illectu Angelico, vt stat. imo fortasse in ti illectu creabili et eode
modo illectus Angelicus indiget aliqua determinatione proueniente ex parte obti sicut ea
indiget illectus humanus: Qa a. hæc determinatio fiat per aliquem occursum mediatũ
vel immediatum ipsius obti suppono etiam ex principiis quæ traduntur in Phia vbi
id probari solet ab experientia, videmus ẽ. requiri obtu ñ vtcunq sed cum tali approxi-
matione et tali proportione, ita vt si interponatur corpus opacum ñ poẽt videri nihil aliud ẽ ca-
usæ nisi qa impeditur actio obti, sicut impeditur actio solis quando interponitur corpus opacum,
occurrit ergo obtu actiue producendo spẽs quæ postea occurrant cum poia loco obti, qd
ẽ. aliqui dicunt spẽs occurrere ñ efficienter sed fõaliter determinando poiam impug-
nari solet, imo, qa quando obtu ipsum occurrit immediate ñ videtur qd poẽt ita facile
occurrere determinando fõaliter poiam cum ei ñ inhæreat et spẽs quæ supplent con-
cursum obti debent occurrere in eodem genere causæ efficientis, nam poia supponitur incom-
pleta in cognoscendo completibilis per aliquod comprincipium, qd idem confirmari pt ab ex-
perientia quæ videmus obtu producere efficienter ipsas spẽs impressas quando ñ pt occur-
rere immediate ad spẽm expressam et a fortiori quando immediate occurrit ad cogni-
tionem occurret etiam efficiendo illam. denique experientia etiam ostendit spẽs illectua-
les vel phantasmata excitare sæpe has potius quam illas et excitant ad operandum, alio-
quin ad quid excitantur? ñ certe ad informandam poiam, hanc ẽ. semper informant
eodem modo et excitant ad occurrendum in genere causæ efficientis. quo principio vtili
supposito idem videtur dicendum de speciebus Angelicis, nam hæ etiam excitantur siue
occasione aliorum obtorum siue ex voluntate ipsius Angeli et eodem modo debent occur-
rere efficienter cum illectu Angeli ad actum cognitionis, nulla ẽ. specialis difficultas
in Angelo quoad hoc magis quam in hoĩe.

Hinc etiam

Hinc etiam colligitur, hunc concursum praestari mediis speciebus, obiectum enim saepe est absens vel distans, nec potest concurrere per seipsum, debet ergo dari aliquid in intellectu Angeli supplens vicem obiecti. Et etiam Angelus memoriam praeteritorum sicut et nos, quae non potest aliter explicari nisi maneant in Angelo species illorum obiectorum et eorum praeteritionis. Quando vero quando obiectum est praesens potest ipsum immediate concurrere cum intellectu Angeli probabile est.

Dubitatur 2do: an hae species sint congenitae Angelo ab initio suae creationis, an vero acquirantur successu temporis et accipiantur ab obiectis? Prima sententia docet eas species accipi successive ab obiectis eas producentibus in intellectu Angeli. Hanc tenent Alensis, Maior, Scotus, Durandus, Gabriel, Hervaeus et Marsilius, quos refert Suarez praesenti lib. 2 cap. 6 num. 5. Probant primo: quia si fuissent ab initio congenitae hae species, deberent esse infinitae, nam obiecta futura de aeternitate sunt infinita, vel deberet una species repraesentare infinita obiecta, quod tamen naturaliter videtur repugnare, quia una species potest prodire in omnem actum adaequatum, una autem intellectio non potest simul terminari distincte ad infinita obiecta, hoc est videtur esse supra limitationem intellectus naturalis. 2do quia si species vere fuissent ~~con~~genitae, posset iam nunc Angelus cognoscere futura, nam posita est species, potest principium adaequatum cognitionis, et sicut si Deus servaret speciem albedinis in oculo absente obiecto adhuc videret albedinem, ita si Angelus iam nunc habet speciem rei futurae poterit cognoscere illud obiectum. Confirmatur: quia ad minus Angelus cognosceret se habere illam speciem, et hinc poterit colligere rem esse futuram, Deus enim non dedit illi species omnium entium possibilium, sed solum futurorum. Tertio quia non repugnat species produci ab ipsis obiectis etiam materialibus, nam species nostri intellectus fiunt a nostro intellectu concurrente simul cum phantasmate materiali, et in virtum non repugnat aliquam causam imperfectiorem concurrere partialiter ad effectum perfectiorem, nam species albedinis quae non est vitalis concurrit ad actum vitalem visionis ~~[illegible]~~ simul cum potentia. Et aliunde hoc videtur magis conforme naturis rerum, quia videlicet est ut quantum fieri potest cognitio procedat ab obiecto, et si non immediate saltem mediate per speciem productam ab ipso obiecto. Denique favet Augustinus lib. 5 de Trinitate cap. 7 ubi ait Deum non accipere in se aliquid novi cum aliquid temporaliter gerit, sicut inde, inquit, afficiuntur sensus vel carnales animalium vel hominum, vel etiam coelestes Angelorum.

2da sententia contraria negat ullam successionem in speciebus Angelicis, sed dicit omnes fuisse ab initio ~~pro~~congenitas. Haec est communis inter Thomistas, quos referunt et sequuntur Valentia in praesenti q. 6 puncto 2 et Granado tract. 3 disp. 2, quibus videtur favere S. Thomas in praesenti q. 55 art. 2 et q. 57 art. 3 ad 3tium. Utramque sententiam probabilem existimat Molina in praesenti art. 2 disp. 2 memb. 5.

Tertia sententia media dicit aliquas species fuisse Angelis inditas ab initio, alias tamen successive acquiri, scilicet ad cognoscendas cogitationes et voluntates proprias et alienas. Ita Suarez dicto lib. 2 cap. 6 num. 25 in fine et cap. 27 ubi conatur explicare S. Thomam cap. 25 num. 8. ~~hoc~~ Quam doctrinam extendit etiam cap. 32 ad cognitionem rerum praeteritarum, ad quam enim dicit intercedere speciem acquisitam ab Angelo quando obiectum erat praesens, et cap. 8 num. 11 extendit ad speciem obiecti visibilis cogniti visibiliter quam etiam dicit etiam esse acquisitam ab ipso Angelo.

Haec sententia

Hac sententia videtur mihi satis probabilis cum quadam extensione quæ videtur esse iuxta eius principia. dico igitur probabile esse species rerum omnium quæ sequuntur operationes liberas non fuisse Angelis concreatas sed eas successive acquiri, cæteras fuisse ab initio inditas. Prima pars huius assertionis videtur esse iuxta mentem 3tiæ sententiæ, ratio enim cur cogitationes cordium et voluntatis liberæ non cognoscantur ab Angelo per species ab initio inditas sed per species de novo acceptas videtur etiam militare in rebus omnibus quæ sequuntur libertatem, hoc est, in effectibus futuris ex libera determinatione alicuius causæ liberæ, nam sicut Angelus non cognoscit hodie cogitationem futuram cras in alio Angelo et ideo non habet hodie speciem illius sed cras illam habebit, ita non habebit hodie speciem homicidii cras committendi cum hodie non cognoscit illud homicidium futurum sed cras illud cognoscet per speciem cras acceptam, nulla enim videtur esse ratio differentiæ. dices differre in hoc quod cogitatio interior etiam cras existens et præsens non cognoscitur ab Angelo nisi de consensu alterius qui eam habet, at vero homicidium externum cras existens cognoscetur tunc ab Angelo sine consensu illius qui occidit, ideo habet nunc iam speciem illius, quia obiectum est intra sphæram suæ cognitionis. Sed contra, quia cognitio vel volitio quam ipsemet Angelus habet de aliquo obiecto cognoscitur necessario ab ipsomet Angelo et est intra sphæram naturalissimam suæ cognitionis et sine alterius consensu percipit eam quando est præsens et quando est præterita, recordatur illius, et tamen ad hanc memoriam suæ cogitationis vel volitionis non habet Angelus speciem ab initio sed eam postea acquirit quando existit cogitatio vel volitio, ut fatetur Suarez dicto cap. 52 Ergo licet homicidium crastinum possit cras cognosci ab Angelo sine consensu alterius, non tamen debuit habere hodie speciem illius sed sufficit quod cras accipiat speciem ad illud cognoscendum.

Dices: Angelum non habere nunc speciem suæ cogitationis crastinæ quia ad cognoscendam eam cras non indiget specie, sufficit enim ipsa cogitatio præsens quæ est intra Angelum ad cognitionem reflexam sui, at vero ad cognoscendum cras homicidium indiget specie ideo nunc habet iam illam. Sed contra, quia licet cras non indigeat specie ad cognoscendam suam cogitationem cras præsentem, postea tamen indiget specie ad cognoscendam illam præteritam, et tamen nunc non habet eiusmodi speciem sed cras acquiret illam Ergo nec hodie habebit speciem homicidii crastini sed cras accipiet illam.

Eadem ergo videtur esse ratio de omnibus effectibus qui pendent a causa libera, et ideo consequenter ad principia P. Suarez eodem modo videntur negandæ species congenitæ Angelo de his omnibus, nam licet Angelus eos effectus cognoscere possit in suis causis vel ratione possibilium, ea tamen cognitio magis esset per speciem causæ quam per speciem ipsius effectus. ratio autem a priori et verior est illa supra indicata, quia scilicet connaturale est ut quantum fieri potest omnis cognitio pendeat a suo obiecto Ergo quando non potest produci ab ipso obiecto immediate magis congruit ut sequatur species quæ aliquo modo pendeat ab obiecto, aliqua enim species quæ fiunt ab obiecto ut a vera causa efficiente quam dependentiam non possunt habere omnes species Angelicæ a suis obiectis melius intelligeret dependentia cognitionis ab obiecto.

coeterum

caeterum n' id fieri n' poss. saltem debem9 ponere ~~et~~ qd pendeant ab obto tan=
quam a conditione, ita ut n' possint naliter produci a Deo vel ab Angelo nisi praesupposito
e praeexistente obto, hoc e. rone iam cognita, consequens pendet aliquomodo a suo
obto: cum ergo nullum in hoc sit inconveniens, sequendus philosophamur ad principia
~~Theo~~ogica de nra cognitione creata, loquimur vero semper de specieb9 nralibus & de infu=
sis, hoc e. cum sint supernales n' debent servare leges nralitatis.

Dices: hanc raoem probare de oibus obtis mixtorum qd ea debeant exis=
tere antequam dentur illorum spes, ~~ma~~ ergo limitatur solu ad effectus qui
pendent a causa libera. R. negando seq. qa nullus e effectus qui n' pendeat ab aliqua
causa libera saltem a Deo qui pt concurrere e n' concurrere ad illum, quare quando dicimus
Angelum habuisse congenitas spes loquimur de specieb9 eorum obtorum quae iam erant
producta, habuit ergo Angelus congenitas spes pro totius mundi visibilis iam
creati e singulorum elementorum in quorum potentia cognoscere etiam poterat effectus
nrales e mixta sub rone possibilium, licet n' potuerit nrae lumine certo scire qui effectus
essent a Deo producendi. postea vero prout singulis dieb9 producebantur, cognosce=
bantur ab Angelis per spes acceptas de novo, quas nunc etiam quotidie accipit novas ad
singulos effectus cognoscendos ppr eandem raoem, quae doctrina desumi videtur ex Augustino
qui n' solum dicit cognitionem procedere ab obto e potentia sed peculiariter de cognitione
nrali Angelica dicit debere praesupponere obtum existens. Ita lib. 4. in Genesim ad literam
cap. 32. ubi ait res antequam crearentur fuisse in notitia Angelorum (scilicet per
sciam infusam) postea vero cum creatae fuerunt habuisse Angelum aliam notitiam
rerum in seipsis, e reddit raoem qa id qd cognoscit, debet praecedere ipsam notitiam.

Contra hanc sententiam obycitur 1mo: qa si Angeli acciperent spes successive
sequeretur Angelos n' fuisse conditos cum plenitudine sciae nralis sed paulatim eam
discere sicut hoies, qd videtur e contra illud Ezechielis 28. qd a SS. PP. solet
Lucifero applicari, tu signaculum similitudinis plenus sapientia e perfectus decore in delici=
ys Paradisi Dei fuisti: tu Cherub extentus e protegens perfectus in viis tuis a die
conditionis tuae, donec inventa e iniquitas in te. sequeretur item Angelum habe=
re infantiam, adolescentiam e statum virilem sicut hoies si paulatim sciae nralis
perfectionem acquisivisset, qd etiam videtur contra conditionem nrae Angelicae, ut indicat Ba=
silius Prelatus in thesauro Catholico lib. 4. art. 1. quem affert Granado tract. 3. disp.
2. num. 4. R. hoc argtum aeque procedere contra adversarios, nam sive ponant, sive negent
illae oes spes congenitae, oes tn fatentur n' potuisse ab initio ex vi illarum specierum
circa res futuras donec res ipsae producerentur, Angelus e. n' poterat nrae viribus
cognoscere futura nisi ad summum quantum e ex determinatoe causarum, inquiro
ergo: quid refert ad sapientiam Angeli qd habeat iam illas spes, si tn illis uti
nulla rone pt nec ht inde magis obti notitiam quam si eas spes n' haberet?
certe n' minus debuit crescere in scia si spes illae quamvis erant impedita redde=
bantur successive habiles ad generandam cognitionem, quam si spes ipsae succes=
sive producerent, oes ergo debem9 fateri Angelum nrae suae relictum quotidie

fieri

fieri sapientiorem, hoc e, scire plura quã prius nesciebat. ad testimonia vero illa
R. Angelum fuisse creatum cum plenitudine scia quæ tunc scibilia erant cum noti=
tia etiam infusa cunctarum veritatum supernaturalium, cum hoc tñ stat qd eorum
quæ tunc n̄ erant n̄ habuerint sciam nec etiam spẽes, nec ex hoc infert Angelum
habere infantiam e adolescentiam sicut hoĩes, nam hic status in hoĩe significat
ignorantiam prouenientem ex defectu potẽ cognoscitiuæ n̄ ex defectu obti, in An-
gelo. a. licet n̄ detur scia rei alicuius nec eius spẽes antequam sit, hoc tñ n̄ oritur
ex defectu illectus Angelici sed ex defectu obti; an vero hæ spẽes producant ab ipsis
obtis, an a Deo, an ab Angeli illectu, dicemus postea.

2do obyci pt: qa si spẽes accipiuntur successiue n̄ apparet quomodo coha=
reat hoc cum doctrina cõi quæ dicit Angelos cognoscere per spẽes vniles e Angelos
superiores per spẽes magis vniles, si e. quando producunt singula obta accipiunt
spẽes de singulis et de singulis hñt spẽes particulares e oẽs hñt eas æq particulares,
oẽs e. hñt tot spẽes quot st obta.

Angeli recentiores n̄ solum volunt spẽes accipi successiue ab Angelo eo
ordine quo producunt obta; sed addunt pereuntibus obtis perire etiam illas spẽes,
vnde sequenter inferunt n̄ poe Angelum accipere spẽem vnilem quæ cognoscat
plura obta corruptibilia, qa destructo vno ex illis obtis e manentibus alys illa
spẽes deberet perire quoad partem, si e. manet spẽes oĩum Angelus cognoscet oĩa
sicut prius dto ideo decipietur, qa cognoscet ea obta vt actu existentia, cum illa
spẽes n̄ repsentaret ea obta solum vt possibilia sed vt actu existentia, falleret
ergo Angelus cognoscens vt actu existens id qd iam actu n̄ existit. fatendum ergo
e de singulis obtis corruptibilibus accipere Angelum singulas spẽes quæ cum obto nas=
cantur e cum eodem moriantur. ex quo vltimo inferunt spẽem obti corrupti=
bilis debere e n̄ simplicem sed compositam ex tot partibus integrantibus quot st in
ipso obto, qa pereunte vna parte obti n̄ pt manere tota spẽes quæ erat antea. ppt
raõem adductam, debet ergo perire pars spẽi e manere alia pars exprimens par=
tem obti quæ remanet.

Hæc doctrina difficilis mihi e. pmo qa quando Angelus cognoscit aliũ
Angelum existentem cognoscit Angelum e eius duraõem quæ st duo obta diuersa
e separabilia, cum poit manere substia Angeli absq illa duraẽ priori. peto
ergo: an hãt Angelus vnicam spẽem vtriusq illius obti, an duas: si vnicam et
iam poit vnica spẽe repsentari duo obta separabilia et eodem modo poit repre=
sentari vna spẽe duo obta corruptibilia separabilia. si vero dicas substiam
Angeli e eius duraõem debere repsentari duabus spẽbus. tunc peto rursus de illa
spẽe quæ repsentat substiam Angeli distinctam a duraẽ: an repsentet
Angelum vt actu pñtem, an vero vt existentem secundum se pñscindendo ab
actuali pñtia. si dicas pmum et repsentat Angelum vt durantem, nam actu=
alis pñtia habet formaliter a duraẽ. Si dicas 2dum et illa spẽes pt manere des-
tructo Angelo, qa illa spẽes per se n̄ repsentet Angelum vt actu pñtem, sed vt
existentem

existentem secundum se, præscindendo ab actuali præsentia, quod quidem repræsentare potest absque deceptione etiam destructo Angelo.

Confirmatur et explicatur, quia quando Angelus cognoscitur ab alio Angelo ut existens actu præsens non cognoscitur ut diffuse præsens præsentia aliqua confusa vel in communi, sed cognoscitur ut præsens determinate hac numero præsentia, cum ergo immediate post non sit iam præsens eadem præsentia sed alia necesse erit deperdi totam illam speciem quam habebat de Angelo præsenti et acquiri aliam novam repræsentantem Angelum præsentem alia præsentia, atque adeo oportebit in singulis instantibus deperdi in intellectu Angeli omnes species quas prius acceperat et acquiri alias novas omnium obiectorum, vel fatendum erit posse perseverare easdem species adhuc pereuntibus obiectis quæ repræsentabant.

2do difficilis est illa doctrina, quia ea posita difficile explicatur quomodo Angelus possit recordari rerum præteritarum, quando enim ego loquor Angelus accipit speciem novam meæ locutionis actu existentis, postea vero recordatur eiusdem locutionis meæ hodie existentis ergo manet species eiusdem locutionis postquam locutio ipsa periit.

Dices: illam speciem quæ manet non esse illam per quam cognita fuit locutio mea intuitive quando erat præsens, sed aliam speciem abstractivam quæ relicta fuit a cognitione actuali locutionis præsentis, nos enim non recordamur obiecti præteriti nisi cognoverimus illud actu quando erat præsens. Sed contra hoc, quia illa species quæ manet locutionis præteritæ repræsentat locutionem illam non ut possibilem sed secundum existentiam quam habuit heri, vel ergo repræsentat illam existentiam immediate in seipsa, vel mediate et in alio? si repræsentat illam immediate et in seipsa, nihil videtur illi deesse ad hoc ut cognitio illa sit intuitiva licet obiectum non sit actu præsens, nam Deus ab æterno videt intuitive existentiam Petri futuram licet Petrus non sit ~~adhuc~~ actu præsens ab æterno, et Christus per scientiam infusam ac beati cognoscunt intuitive aliqua futura, quia vident immediate eorum existentiam crastinam, licet illa existentia non sit nunc actu præsens si ergo Angelus cognoscit clare per illam speciem locutionem meam externam ut heri existentem videt eam intuitive. si vero dicas cognosci ab Angelo illud obiectum præteritum non immediate et in se sed mediate et in alio. contra hoc, quia illud aliud in quo cognoscit nihil aliud esse potest nisi cognitio quam heri habuit Angelus de mea locutione ~~tunc~~ ut præsenti. redit ergo eadem difficultas de specie quæ nunc repræsentat Angelo illam suam cognitionem ~~ex~~ hesternam, nam vel repræsentat eam immediate et in seipsa et erit repræsentatio intuitiva illius postquam cognitio illa periit; vel repræsentat mediate et in alio et petam quid sit hoc aliud, et de illo redibit idem argumentum vel dabitur processus in infinitum. fatendum ergo est etiam transacto obiecto posse manere speciem aliquam in Angelo quæ repræsentet existentiam eiusdem obiecti.

Inde 3tio arguere possumus a priori et simul diluere fundamentum illius doctrinæ, quia etiamsi pereunte obiecto maneat eadem species in Angelo, non ideo Angelus decipietur quia illa species non repræsentabat meam locutionem v: g: semper actu præsentem in omni duratione,

sed præsentem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

sed præsentem tunc solum in illa duratione quam heri habuit, quamvis ergo maneat hodie eadem species non repræsentabit aliquid falsum sed aliquid verum, scilicet meam locutionem heri præsentem in tali duratione, quod quidem semper est verum. sicut si scriptum sit in charta: Joannes die lunæ loquitur, hæc scriptura qualibet die hebdomadæ est vera, non enim dicit Joannem loqui quamdiu illa scriptura manet, sed solum dicit locutionis præsentiam pro tali die lunæ, ~~cum~~ nullum ergo ex hoc imminet Angelo periculum deceptionis, sicut nec beati decipiuntur cognoscendo semper eadem visione vel cognitione existentiam objecti pro sua duratione determinata et elicitione. non cogimur ad ponendam in Angelo continuo destructionem omnium specierum quas prius acquisierat, quamvis continuo acquirat species novas rerum et ~~...~~ durationum novarum, non tamen cum iactura omnium specierum præcedentium. per quod patet iam ad fundamentum illorum Theologorum quod totum erat ex eo quod perseverante illa specie cogeretur Angelus ad subeundum errorem et deceptionem.

Ad obiectionem ergo principalem supra positam Respondetur adhuc in nostra sententia habere locum illam communem doctrinam de maiori et minori universalitate specierum pro maiori et minori perfectione Angeli, adhuc enim possumus recedere in Angelo species universales, nam imprimis species quas acceperunt in prima creatione potuerunt esse universales et in Angelis perfectioribus magis universales, nam quo perfectior est Angelus potuit plura repræsentare per unam speciem. deinde de his objectis quæ de novo producuntur potest accipere species etiam universales, ita ut non accipiat de singulis objectis singulas species, sed de multis quæ simul producuntur unam pro perfectione sui intellectus. denique postquam habet species objectorum potest Angelus pro sua perfectione cognoscere per unam speciem expressam multa objecta simul etiamsi eorum habeat plures species, et hoc pacto generatur in eius intellectu una species universalis eorum omnium objectorum ut simul cognitorum per unam cognitionem, nam sicut inter homines ille qui habet maiorem capacitatem intellectualem potest simul attendere ad plura, ita Angeli per capaciorem intellectum possunt una intellectione attendere simul ad plura, et in hoc consistit eorum perfectio.

Hinc obiter infertur ratio cur entitas gratiæ habitualis et alia similia non possint ab Angelis cognosci naturali virtute etiam quando existunt ~~ea~~ objecta, quia nimirum species quidditativa semper connaturaliter præsupponit existentiam ~~est~~ vel objecti directi et immediati, et species objecti supernaturalis debet etiam esse supernaturalis, illud est supernaturale quod nunquam potest existere nisi ex suppositione alicuius supernaturalis, talis autem est species quidditativa gratiæ, et intellectus Angeli non habet ex se potentiam completam ~~est~~ vel ratione potentiæ ad eos actus, et per consequens nunquam poterit eas species tanquam sibi debitas exigere, sed solum poterit eas habere a Deo supernaturaliter operante et eas infundente.

SECTIO II

A quo producantur species Angelicæ?

Prima sententia docet produci ab ipsis objectis non solum spiritualibus sed etiam materialibus. ita Alensis, Scotus, Richardus, Maior, Gabriel, Herveus, Marsilius quos affert Suarez